

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

CXXXVI. Differentia 7. Secundum leges sæcularis iudex de quæstione  
spirituali incidentur cognoscere potest:

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

## C XXXVI.

## DIFFERENTIA 7.

Secundum leges secularis index de questione spirituali incidenter cognoscere potest: I. Quoties, C. de iudiciis, I. Adite præsidem, C. de ord. judic.

Secundum Canones verò, nec directe, nec incidenter de res spirituali

secularis index cognoscere potest, c. Tuam, de ord. cogn. c.

Causam, c. Lator. Qui fil. sint leg. Ioann. Bapt. à S.

Blas. 08. Galvan. 75. Canis. 14.

I. Legis, Quoties cit. tenor est: Quo-  
ties quæstio status honorum di-  
sceptationi concurrat, nihil prohibet,  
quod minus apud eum quoque, qui alio-  
qui super causa status cognoscere non  
possit, disceptatio terminetur. Vbi Gotto-  
fiedus: Qui de re aliqua principaliter  
non potest cognoscere, si ea incidenter  
moveatur, de ea cognoscet. Item judex  
principalis questionis, judex est causa  
emergentis, seu incidentis. Eadem legu,  
Adite, sententia est, quam citati DD. ad  
causas spirituales quoq; pertinere existi-  
mant, cum absque noxa excipere lice-  
ret.

II. Glossa quoque in c. Principes 23. q. 5.  
laicæ potestati nonnulla tribuit, qua  
correctione vel minimum comodâ  
interpretatione indigeant, de quo alibi  
fortè aptius, ne extra olea. Ad præsentem  
questionem melius responderet in c. Tuam,  
tit. v. Patienter expectes. Sic patet,  
quod judex civilis etiam incidenter, &  
per reconventionem de causa spirituali  
non potest cognoscere, c. Causam, c.  
Lator. Qui filii sint legit. Objicit mox sibi  
ipsi in c. Lator, v. Non dimittat. Videtur

posse judex secularis de quæstione natí-  
vitatis cognoscere, l. Quoties, C. de iudic.  
& l. Adite, C. de ord. judic. Respondet  
dicendum, cum ista sit causa mei spiritu-  
alis, principaliter pertinere ad eccle-  
siam. Unde secularis judex, nec inci-  
denter, nec alio modo potest de ea co-  
gnoscere: nec de annexo spirituali, c.  
Quanto, de iudic. ubi causa patronatus,  
quia annexa spirituali est, non nisi per  
judicem ecclesiasticum tractanda præci-  
pit.

III. His non obstantibus DD. quo-  
rundam probabilis opinio est, in quæ-  
stione facti, puta, an Petrus sit spurius,  
an matrimonium contractum inter Ca-  
jum, & Sejam, an Sempronius usuram  
commiserit, laicum judicem cognoscere  
posse, modò, quod spirituale est, non  
attingat. V. que diximus in summa iur.  
Can. part. 3. tit. 1. §. 2. & Farinac. l. 2. Consil.  
190. quanquam Zypaus l. 1. de iuris  
eccles. c. 5. circ. fin. in rigore  
contrarium esse tenen-  
dum pronun-  
ciat.

T 5

CXXXVII. D